



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 113. De iurnalibus traditis in villa Luthringi in pago Auga.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

§. 113.

Tradidit unroc in *luthringi* (P) iurnalef II. testef dagbert helmuert
helmulf adaluuard unroc.

guber-
nante
Corbe-
iam Wa-
rino.

§. 114.

Gittelde, vicus præfecturæ Stauffenburg. Eandem *Bertham* quoque gauisam esse filiam, cui nomen erat *Ghislæ*, apparebat ex §. 361. In illo enim largita est *Bertha* pro se et coniuge suo *Waldered* et filia sua *Ghislæ* XL houas, LVIII mancipia, et XXXI loca, in diueris villis sita, que villaæ sunt 1) *Sekbiki*, quæ in *Registro nostro* nominatur *Sebicī*, locus pagi *Rittiga*, per quam designari credimus *Sebexen*, villam præfecturæ *Westerhof*: 2) *Flehtunun*, qua in *Registro nostro* appellatur marca: 3) *Berga* in pago *Rittiga*, quæ videtur *Bereka* ad fluuim *Ruhme*: 4) *Hemenbus* in pago *Suilibergi*, quæ probabilissime est *Emisen*, locus præfecturæ *Rotenkirchen* haud procul ab *Odasien*: 5) *Altontorpe* in pago *Suilibergi*, villa desolata non procul ab oppido *Einbeck*: 6) *Sullibus* in pago *Suilibergi*, olim dicta *Selesen* in comitatu *Dasselensi*, in loco, vbi adhuc supereft der *Selsler Thurn vel Sulser Thurn*: 7) *Battanbus* in pago *Hilfgo*, cuius situs nobis nondum cognitus est. Viderunt subesse *Babnhusen*. At obstat qui sequitur, locus. Præterea in eadem regione reperiuntur *Bedingen*, et *Bodenhusen*, loco inspectionis ecclesiastica *Ahlshusen* inter Gittelde atque Osterode, qui nunc dicitur *Babnhusen*: 8) *Halkersun* villa pagi *Rittiga*, quam nondum detexit. Designari credas villam *Olkfen*, ecclesiæ *Grenensi* adfixam, præfecturæ *Gandersheim* subiectam. 9) *Haberethhusen* in pago *Hilfgo*, quæ videatur esse *Heerhausen* inter *Stauffenburg* et *Seesen*: ac 10) *Hildiweresun* in pago *Suilibergi*. Dubitamus, an significata sit *Hilwartshusen* intra præfecturam *Erichsburg* in Principatu *Grubenhagio*, an *Hiluershusen* intra præfecturam *Hundesrück* prope *Dasseliam* in episcopatu *Hildesiensi*. Observandum tamen est, eodem tempore, quo *Bertha* dedit in his villis pro marito suo XL mansos, dedisse quendam *Dendi* quædam in *Altontorpe*. Quia eadem villa est, in qua *Bertha* bona sua tradidit. Quodsi igitur statuimus, *Walderedum* fuisse fratrem *Folchardi II* et *Dendi*; *Dendi* probabili ex conjectura ita appellatus est a *Deddi*, eorum auo. In qua conjectura confirmamur ipsis bonis, quæ singuli donarunt. Ex quibus collegimus, hos probabilissime inter progenitores *comitum de Lutterberg* esse referendos. Quamuis enim vinculi genealogici seriem ac articulum nondum demonstrare possumus, indicandum tamen id erat. Fortassis in lucem prodibunt post hæc plura documena, quibus hæc conjectura nostra confirmari poterit. Illa quidem, quæ exposuimus, sequenti tabula comprehendimus:

Deddi. vxor eius Alba.

§. 130.

Hemmo.	Helmric.	Alerdag.	Aldric.	Folchardus I. §. 112.
§. 112.	§. 112.	§. 112.	§. 112.	130. 238. 170. 231. 256. 304.
Dendi.	Waldred.	vx. Bertha.		Folchardus II.
§. 361.	§. 308.	310. 361.		§. 304.
Sicca.	Ghislæ.		Folchardus III. vxor	
§. 310.	§. 361.		eius Suanenberg. §.	
			304. 437.	

(P) De villa *Luthringi* in pago *Auga*, hodie dicta *Luchteringen* ad *Wiſeram* in diœcesi *Luthrin-*
Corbeiensi, videatur supra §. 50. not. (i). An *Unroc* fuerit frater *Rotgoti*, qui *gi.*
pro patre *Wendilberto* in eadem villa quædam donavit loco laudato, mihi pror-
sus incertum est.